

A.

1214

Xxi.

521187 = 10/11



DOMINA

APODIXIS THEOLOGICA

GICA

Hoc est

CERTISSIMA DEMONSTRATIO

VANISSIMI CONATUS LUCIFERI BELAVIANI

Quo

ECCLESIAE EVANGELICIS SPECIE DECEM FIDEI ARTICULORUM HODIE ECCLESIAE VERAE NECESSARIORUM, NUPERA IMPONI TENTATUM EST.

Quam

M. ALEXANDER HODINIUS TRENC: ꝑ. r. Gymnasii Baanensis Rector.

Respondente

STEPHANO SCHOLIO ARVENSI, ejusdem Gymnasii Alumno.



Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum: 1308. (1922)

52/1187 = 10h



DOMINA

APODIXIS THEOLOGICA

Hoc est

CERTISSIMA DEMONSTRATIO

VANISSIMI CONATUS LUCIFERI BELAVIANI

Quo

ECCLESIIS EVANGELICIS SPECIE
DECEM FIDEI ARTICULORUM HODIE
ECCLESIAE VERAE NECESSARIORUM, NUPER
IMPONI TENTATUM EST,

Quam

M. ALEXANDER HODINIUS TRENC: &c.
p. t. Gymnastii Baanensis Rector.

Respondente

STEPHANO SCHOLIO ARVENSI,
ejusdem Gymnastii Alumno.



Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum: (1808. évi.)

stus gloriae aeternae
ndum plene debe-
titudinem de non
omnium bonorum
ia non habet certi-
aria & in omnem
ejus. lib. 2. c. 173.
Lazarum ob glori-
fluctus & procellas
erat ad certamen
nt coinquinate in
t coinquinationis
u: Rō. 3. Non egre-
eloquitur. Con-
nonerat ad Mor-
crederent

SUSPIRIUM!

AD

Altissimum, Præpotentissimum, Sapientissimum,
(sine pari) Æqvissimum juxta ac Severissimum;

Unicum Verum, Vivum, Clementem, Æternum,

MONARCHAM,

(ID EST):

Summum REGEM Regum, & DOMINUM Domi-

nantium, infinis seculis AUGUSTISSIMUM;

CÆLI TERRÆQVÉ CONDITOREM:

PECULI SUI PROTECTOREM:

FATISCENTIS CHRISTI OVILIS PASTOREM:

DEUM TER OPT: MA
XIMUM, TRIN-UNUM:

Hoc Epiphonemate fibricitus adoratum:

(Eheu! sic tandem) JÓVA DEUS JÓVA, OVILE TUUM AMA!

(in Specie verò, devotè suppliciterqve oblatum consecratimq;)

Per-egimus, Docto aquè claròq; Virò, Dno DAN-

ELI GERMANNO, Scholæ Moschovicens, Rectori

ut diligentissò, ita longè laudatissò: Dno Fratri &

Fautor, suo colen. Chronodistichon. per Authorem M. Mich.

Magne DEVS IVbeas nostris FLOres Cat In arVIS, Institor.

Pax optata plis: stent rata Vota, rogo! [1686]

Jóva Deus celfo resides qui Rector Olymp O

O rbis vexati, jam miserere di V!

Volvit Erys Pestem, signat nos Turcica pest I

A rs, Arcu cupiens perdere cuncta simu L

Dira Lues roto volitat nunc (proh dolor) orb E

E heu! Grex Christi, Montibus usq; late T

Verte manum; Dextræ robusto percute corn U

S angvivoram Belluam, percute, qvæso man U

Ingemat ah, vastum projectus turca per orb E

U rat & hunc Stygiã perpete face Lup A!

Vox hæc sancte De, rutilū fac scandat olympu M

A rce Getem: vigeat PAXq; Salusqve Tu A

Euge! JÓVA DEUS, molli pro Visere surge:

Solus OVILE TUUM, dexter AMAq; JÓVA!

[Lithum, 1686]

Regi nymotatvdrnyok Brest'skava-lyceum



DOMINA

APODIXIS THEOLOGICA

Hoc est

CERTISSIMA DEMONSTRATIO

MANISSIMI CONATUS LUCIFERI
BELAVIANI

Quo

ECCLESIIIS EVANGELICIS SPECIE
DECEM FIDEI ARTICULORUM HODIE
ECCLESIAE VERAE NECESSARIORUM, NUPER
IMPONI TENTATUM EST.

Qua

M. ALEXANDER HODINIUS TRENC: &c.
p. t. Gymnasti Baanensis Rector.

Respondente

STEPHANO SCHOLIO ARVENSI,
ejusdem Gymnasti Alumno.



Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum: 1303.119.2.

[1844]

1. BUKI

APODIXIS THEOLO- GICA

Quaecunq; dogmata sunt ἢ γραφα, ἢ ἀντίγραφα, ἢ ἀλογα, illa non sunt veri fidei articuli, & consequenter verae Ecclesiae non sunt necessaria.

Atqui Decem dogmata Luciferi Belariani sunt ἢ γραφα, ἢ ἀντίγραφα, ἢ ἀλογα. Ergo decem dogmata Luciferi Belariani non sunt veri fidei articuli, & consequenter verae Ecclesiae hodie non sunt necessarij.



Major est certa: Nihil, enim pro dogmate suscipiendum, nihil pro cultu divino recipiendum, nisi quod Deus in verbo suo revelavit & imperavit. Cum n. omnis veri, mensura sit divinus intellectus, boni, divina voluntas; ideo, nihil credendum aut faciendum Christiano, nisi ex Scriptura tanquam unica nostrarum actionum norma certus sit, Deum istud credi fieriq; a nobis velle. (Devt. 4. v. 2. cap. 12. v. 32. Esa. 8. v. 20. Luc. 16. v. 29. Joh. 5. v. 39. cap. 20. v. 31. Gal. 1. v. 8. cap. 6. v. 16. 1 Tim. 6. v. 3. 2 Tim. 3. v. 16. 2 Petr. 1. v. 19.) Hinc scitè Hieronymus: Quaecunq; de Scripturis Canonici, auctoritatem non habent, eadem facilitate contemnuntur, qua ponuntur. Universaliter n. de his, quæ tangunt fidem loqui oportet ad ea, quæ tradit Sacra Scriptura. Sacra siquidem Scriptura mensuram fidei exprimit, ait Durandus in præfatione lib. Sentent. idq; tanquam unica regula fidei, cui non licet aliquid addere vel demere, ut ait idem lib. 3 Sentent. dist. 25. q. 2. Et Bellar. lib. 1. de V. D. cap. 1. Et Jacobus Faber Stapulensis in cap. 14. Joh. Num. 108. Omnis fides stulta & inanis est, præter eam, quæ filii Dei est. Ea a. solum est Scripturæ. E. Si igitur quæ non habentur in Scripturis non debent aestimari pro fidei articulis, multò minus quæ contraria Scripturæ sunt, aut verò ex quibus absurda sequuntur. Minor verò probatur sigillatim, idq; hunc in modum.

I.

Unicam hodiernam Romanam fidem ac Catholicam Ecclesiam esse veram, est ἢ γραφον. Quia hucusq; nec quoad literam in Scripturis demonstrari, nec per bonam consequentiam ex iisdem deduci ac evinci potuit. Quod autem aliquomodo, in Scripturis non continetur, illud neq; articulus fidei esse potest. Cum in iis quæ fidei quæstiones attingunt, nihil est, quòd aliquomodo in Scripturis Sacris non contineantur, ait Cassander lib. de Off: pij Viri pag. 8. 11. Est ἀντίγραφον. Hoc ut multis demonstrare supercedeam, produco tantum in medium Contradictiones, ab Excellen. Dno. Superintendente in Pseudo Spiritus Posoniensis lib. 2. art. 1. notatas, ex quibus quantum distent æra lupinis etiam

lippiis ac tonsoribus demonstratum est. ^{111. ἀλογον.} Quia ex eo sequitur: tempore Sethi Gen. 4. v. 36. Diluvij Gen. 6. v. 8. Abrahami Gen. 11. v. 31. Jacobi Gen. 31. v. 19. & 35. In deserto Num: 25. v. & 1 Cor. 10. v. 8. In terra promissa post mortem Josuæ Jud. 2. v. 10. Temporibus Judicum Jud: 2. v. 17. cap. 3. v. 5. 6. 7. cap. 10. v. 6. Præcipuè eum Baal extruxerunt excelsa. Num: 22. v. 41. fecere statuas 2 Reg. 3. v. 2. domos 2 Reg. 10. v. 21. altaria Judic. 6. v. 25. lucos, templa & vasa consecrarunt 2 Reg. 23. v. 4. Constituerunt Festa 2 Reg. 10. v. 20. Servos, Sacerdotes, Prophetas, 1 Reg. 18. v. 19. quem coluerunt in tectis Jere. 22, v. 29. genuflexione 1 Reg. 19. v. 18. Osculatione, suffitu, incensu 2 Reg. 2. v. 5. sacrificijs 2 Reg. 10. v. 19. auro argento, Olez 2. v. 8. Item Ecclesiam quæ fuit tempore Eli 1 Sam. 3. v. 1. & cap. 2. v. 12, 17. Saulis 2 Par. 13. v. 3. defectionis decem tribuum sub Jeroboamo (1 Reg. 12. v. 18. & 1 Reg. 14. v. 16. Elia 1 Reg. 19. v. 14. & cap. 18. v. 4. Ase & Josaphat 1 Reg. 15. v. 14. & cap. 22. v. 44. Osee successoris Achabi 2 Reg. 17. v. 19. Jorami successoris Josaphati 2 Chron. 6. v. 13. a Rehabeami tempore usq; ad Hiskiam per Annos 240. Antiochi Epiphaniis tempore 1 Macha. 1. v. 43. 45. 55. Sic tempore Christi cum Ecclesia vix observari potuit Luc: 17. v. 20. fuit pusillus grex Luc: 12. v. 32. Eiusq; passionis, cum in sola B. Virgine Maria fides vera remanserit, teste Panormitano, Alensi & Turrecremata. Item tempore decem persecutionum. Arianismi, &c. Ex eo inquam sequitur, aut non fuisse veram in mundo Christi Ecclesiam, portas inferorum adversus eam prævaluisse: aut splendorem externum non esse veræ Ecclesiæ hoc in mundo comitem individuum, Id quod tamen utrumq; apud Papistas absurdum.

II.

In Sacramento altaris corpus Domini perinde sumi sub una specie atque sub utraq; est ^{1. ἀγαφον.} Patet id quod non solum de eo Scriptura taceat. Jam autem juxta Tertul. regulam: De quo fidei articulo Scriptura tacet, illum etiam talem negat; sed etiam, quod sanguinem bibi in pane Eucharistico ex institutione Christi probari non posse fatentur Eccius & Bellarminus lib. 4. de Euchar. cap. 21. Concil. Triden. Sess. 13. cap. 3. Thomas in 3. par. q. 76. art. 4. Suarez non dubitat ingentem temeritatem, magnumq; errorem asserere, quod vi verborum Christi sub specie panis sit aliquid amplius quam corpus. ^{111. ἀντιγραφον.} Scriptura enim dicit, non solum edite hoc est corpus meum, sed etiam similiter bibite, hic est sanguis meus, &c. Matth. 26. Luc. 22. 1 Cor. 11. Hoc ergo testamentum a nobis observandum, non violandum, idq; tanquam testamentum firmum, & morte testatoris confirmatum. Heb. 9. v. 16. ^{111. ἀλογον.} Quia ex eo sequitur J. sub specie panis sumi & animam & divinitatem Christi ore corporis. Si enim corpus Christi concomitatur sanguis Christi, ob unionem naturalem. liquido sequitur etiam animam concomitari corpus Christi & sanguinem, ob unionem naturalem, imò verò etiam Deitatem Christi ob unionem personalem. Adeoq; sequetur necessario sub specie panis, sumi non solum sanguinem, sed & animam & Deitatem Christi, id quod absurdum.

Regi nyomtatványok Bratislava lyceum.
(1303.11.27.)

absurdissimum. 2. *Panem Transubstantiari* & in corpus & in sanguinem & in animam & in Divinitatem Christi, eò quod Papistæ non credunt aliam præsentiam Sacramentalem, quàm per Transubstantiationem. Id quod iterum absurdissimum.

III.

Missam Papisticam esse Sacrificium propriè dictum, propitiatorium à Christo Domino institutum, est ἱερατικόν. Quia nullibi in Scriptura S. docetur Christum sub specie panis & vini, corpus & sanguinem suum Patri Cœlesti obtulisse, hancq; corporis & Sanguinis sui oblationem in posterum à Sacrificulis Deo faciendam instituisse, testis est hujus rei *Petrus Suavis in Historia Concil. Trident.* l. 6. pag. 639. Et pag. 645. *viginti tres Episcopos fuisse refert in Concil. Trid.* qui negarunt Christum sacrificasse. Similia fatetur *Salmero Tom. 9. tract. 27. pag. 198.* *Albertus Pighius in Hierar. Eccl.* lib. 2. cap. 4. p. 58.

Bellar. lib. 1. de Missa cap. 27. par. Oblatio: Fatetur Christum Dominum oblationem Papisticæ similem, imò nec ipsos Apostolos, nunquam adhibuisse.

II. ἁγιωγραφόν. Sacra n. Scriptura docet J. Solum Christum propriè esse Mediatorem & Sacerdotem, non verò Clericos Papisticos, Heb. 5. v. 5. & 6.

JJ. Christum semel seipsum obtulisse ad multorum peccata exhaurienda. Heb. 7. 27. cap. 9. 28. Ergo non opus est quotidiana oblatione. III. Christi oblationem debuisse fieri semel, quia est unica, Heb. 10. v. 10. 11. 12. Ergo non iteranda.

Jv. Unicam illam oblationem esse solam propitiatoriam pro peccatis, Heb. 1. v. 3. Cap. 5. v. 9. cap. 10. v. 14. Ergo Sacrificulorum quotidiana est vana. V. Scriptura docet Eucharistiam esse Sacramentum Matth. 28. Ergo non Sacrificium.

vj. In Cœna Domini esse commemorationem Sacrificij à Christo semel in ara Crucis peracti, 1. Cor. 11. v. 24. 25. 26. Ergo non immolatio &c.

III. ἀλογόν. Quia ex eo sequitur J. Sacrificium iteratorium posse esse pro peccatis propitiatorium. Contra Heb. 10. v. 1. 2. 11. JJ. Absque Sanguinis effusione posse fieri remissionem peccatorum; contra Heb. 9. v. 22. JJJ. Christum quotidie realiter & externo modo occidi. Ubicunque enim in scriptura offerri, tradi, dicitur, illic semper mors ipsius innuitur. Jv. Christum quotidie pro peccatis nostris satisfacere, contra Rom. 8. v. 3. Heb. 9. v. 26. v. Christum hodieq; adhuc esse corruptibilem & mutationi obnoxium, id quod etiam ipsis Pontificijs absurdissimum.

IV.

Sanctos pro nobis orare, ut in hoc sic & in altero seculo, ideoq; posse religiose invocari est ἱερατικόν. In tota enim Scriptura Sacra non invenies mandatum invocari Sanctos, fatente etiam ipso *Eccto in Enchiridio fol. 117. editionis Antwerpianæ*, uti citat *Andreas Fricius Modrepius lib. 4. de Repub. emend. cap. 13.* Quamobrem nonnulli sanctorum Pontificiorum expresse fatentur, *Se in*

B

preci

Regi nyomtatványok, Bratislava-lyceum: 1303.19.2.

precibus suis non folere Sanctos invocare sed invocationem dirigere ad ipsum Deum, idq; in nomine Christi, eò quòd tutius esse existimant. *Cassander* de se. Hinc *Carolus Magnus* l. 2. de imaginib. cap. 5. dicit ex *Ambrosio*: Non adorandum quicquam præter Deum legimus. *I. ἀντιγραφον*. Pugnatur enim I. Cum conditione *Dei*. Soli enim id Deo vero competit, (Esa. 42. v. 8. cap. 48. v. 11. Deut. 6. v. 13. Psal. 50. v. 15. Esa. 55. v. 6. Matt. 4. v. 10. Apoc. 4. v. 10.) II. *Christi*, in cuius solius & unius ut pote Mediatoris & intercessoris nostri nomine fieri debet. (Joh. 14. v. 3. 14. cap. 16. v. 23.) III. *Vera & Deo gratæ invocationis*, ut pote, quæ debet habere mandatum, promissionem exauditionis, probata piorum exempla (2. Cor. 4. v. 13. Ephe. 2. v. 18.) Congruere debet cum Oratione Dominica (Matt. 6. v. 9. Luc. 11. v. 12.) debet esse certa de eo quem invocet, (Mar. 11. v. 23. Joh. 4. v. 22. Jac. 3. v. 6.) Abraham autem nescit nos & Israel ignorat nos, ait *Esaïas* 43. &c. *I. I. ἀλογον*. Quia ex eo sequitur Sanctos esse *Omniscios*, *Omnipræsentes*, *Omnipotentis*, datores beneficiorum spūalium & cœlestium, præsides & gubernatores rerum humanarum, imprimis verò Ecclesiæ his in terris militantis imò verò aut *Deos* esse & non *Creaturas*, aut *Creaturas* Deo hypostaticè unitas, id quod absurdissimum etiam ex mente Pontificiorum.

V.

Purgatorium dari I. *Non extat in Scriptura Sacra*. Id enim fatetur *Petrus a Soto* in assertione Catholica fol. 83. Qui non esse mirandum ait, quòd nec prophetica, nec Apostolica scripta aliquid certi & perspicui de purgatorio non tradiderint. Idem fatetur *Sarez* tom. 4 in par. 3. disp. f. 1. dū ait: *Infirmas esse omnia, quæ pro astruendo Purgatorio ex sacris afferuntur*. Hinc *Conratus Klingius* lib. 4. Loc. Comm. cap. 50. pag. 456. Scripturam solum Catholicè intellectam (hoc est sensu Pontificio) *Virtualiter saltim probari purgatorium adserit*, & si hoc aperte non exprimat. Quamobrem *Jesuita Cottonius* ex ipso *Cacodæmone* sciscitari non dubitavit. *Ecquo nam totius Novi Testamenti loco purgatorium commodissimè fulciri ac statuminari possit?* Referente *Iacobo Augusto Thuanno* Hist. lib. 132, ad annum 1604. *Daniele Tileno* parte 2. disp. 65. Art. 34. II. *Est contrarium Scripturæ Sacræ*. Contrariatur enim I. *illis dictis* quæ omnes omnino homines in duas duntaxat distingvunt classes, credentes scilicet & incredulos, bonos & malos, oves & hædos, Matt. 7. v. 33. seqq. Cap. 8. v. 11, 12. cap. 13. v. 14, seqq. cap. 25. v. 32, seqq. Marc. 16. v. 16. Luc. 16. v. 8. v. 22, 25. Joh. 3. v. 6. 18. 20. 21. 26. Cap. 5. v. 29. cap. 15. v. 2. Act. 26. v. 18. Rom. 2. v. 6, 7, 8. cap. 6. v. 20, 22. cap. 8. v. 5, & 13. Gal. 6. v. 8. II. *illis dictis*, quæ docent solum huius vitæ tempus esse tempus laborandi, currendi, certandi, h. e. resipiscendi, credendi, piè operandi, & per consequens gratiam Dei, peccatorum remissionem, pœnarum relaxationem & vitam æternâ assequendi; post mortem a. nullum amplius super esse tempus resipiscendi, credendi & bene operandi. h. e. Cœlestia illa beneficia acquirendi Eccles. 9. v. 4, 5, & 10: cap. 11, v. 3.

Regi nyomtatványok, Bratislava, 1803.

v. 3. cap. 12. v. 5. Eph. 5. v. 16. Gal. Illis dictis quæ de vitica, facta ad e ad emundationem ut *Causa efficiens* ut *causa meritoria* bo Evangelij & Mal. 3. v. 3. Joh. 15. *Instrumentali ex parte* licitatem, tranquibus omnibus è dicit, demonstrabit *diam imperfectam* missa culpa ad huc *Evangelium in lege* gat. Contra Ps. Esa. 44. v. 22. Ps. 3. *ationis tollit*, Qu

Delectum citanda esse. I. test ullus ex Scripsi ipsi *Papista* fatentur in *Apoli*: pro porteat *jejunare*, invenio *definitum* quod intrat in mundam ac ea pro 2. v. 16. dicitur. commendat *De* hil amplius in re a cibus 1. Tim. 4. *subinfert*. Ex *Pererius* disp. 3. *simum*. 2. quod absurdum 18. v. 12. Matth. *factionem plena* *Soto*. *Azori* *Thesauro Theo*

v. 3. cap. 12. v. 5. Matthi. 25. v. 10. Joh. 9. v. 4. 1 Cor: 7. v. 29. Cap. 9. v. 24.
Eph: 5. v. 16. Gal: 6. v. 8, 10. 2 Tim: 4. v. 7. Heb: 12. v. 1. Apoc: 2. v. 5. 1 J. 1.
*Illis dictis quæ de purgatione peccatorum loquuntur, eaq; non solum externa & Le-
vitica, facta ad emundationem carnis; sed præcipue interna & Spirituali facta
ad emundationem cordis. Siquidem hæc soli tribuitur Christo, & quidem
ut Cause efficienti Esa. 43. v. 25. Iohan: 13. v. 8. Heb: 1. v. 3. soli sanguini ejus
ut cause meritorie Heb: 9. v. 13. 14. 1. Joh. 1. v. 7. Apoc: 1. v. 6. cap: 7. v. 16. soli ver-
bo Evangelij & sacramento Baptismi ut Cause instrumentali ex parte Dei
Mal: 3. v. 3. Joh: 15. v. 3. Eph: 5. v. 26. Tit: 3. v. 5. ac soli fidei salvificæ ut Cause in-
strumentali ex parte nostri, Actor: 15. v. 9. 1 Cor: 6. v. 11. Adde dicta latam fe-
licitatem, tranquillitatem, pias post hanc vitam promittentia, itemq; alia, qui-
bus omnibus è diametro dogma hoc contrariari in conflictu si postulatum fue-
rit, demonstrabimus. 111. Multa absurda secum infert: facit enim misericor-
diam imperfectam contra Math: 18. v. 27. Dei justitiam labefactat, quippe re-
missa culpa adhuc eidem persolvendum esse statuens, meritum Christi evertit,
Evangelium in legem mutat, remissionem peccatorum nostrorum hac in vita dari ne-
gat. Contra Ps. 25. v. 7. Jer. 31. v. 31. Ezech: 18. v. 22. Cap: 38. v. 17. Mich: 7. v. 19.
Esa: 44. v. 22. Ps. 32. v. 1. pacem conscientie Rom: 5. v. 1. Rom: 8. v. 1. 24. Fructum justifi-
cationis tollit. Quæ omnia sunt absurdissima, & Spiritui Dei contradictoria.*

V I.

*Delectum ciborum & jejunia Papistica, sub discrimine salutis Christianis re-
nenda esse. 1. Non extat in Scripturis S. Patet, quia non solum non po-
test ullus ex Scriptura locus proferri probans jejunium Papisticum; sed insuper
ipsi Papistæ fatentur, jejunare Papisticè esse præceptum tantum Ecclesie, Becanus
in Apol: pro J. C. cap: 1. th: 24. Hinc Augustinus: Quibus diebus o-
porteat jejunare, quibus non oporteat, præcepto Domini vel Apostolorum, non
invenio definitum. 11. Est contrarium Scripturæ. Quæ Matth: 15. v. 21. Omne
quod intrat in os, Non coinquinare hominem asserit. Item Mundis esse omnia
munda ac ea propter cum gratiarum actione sumenda, 1. Tim: 4. v. 4. ad Colo:
2. v. 16. dicitur. Nemo vos judicet in cibo aut potu. Esca enim nos non
commendat Deo, sive enim quidvis edamus, sive à quibusdam abstineamus, ni-
hil amplius in regno Dei habebimus, 1 Cor: 8. v. 8. Imò vero abstinentiam
a cibis 1. Tim: 4. v. 3. Vocat D. Paulus doctrinam demoniorum. 111. Absurda
subinfert. Ex eo enim sequitur 1. Regnum Dei consistere in cibo & potu ut vult
Pererius disp. 3. in cap. 14. Rom. id quod tamen expresse falsum ac absurdif-
simum. 2. Abstinentiam a cibo & potu ex opere operato mereri gratiam id
quod absurdum esse liquet & patet Esa: 1. v. 11, cap. 66. v. 3. cap. 58. v. 6. 7. Luc:
18. v. 12. Matth: 6. v. 16. 3. Meritum Christi esse imperfectum, cum ad satis-
factionem plenariam pro peccatis etiam necessarium sit jejunium teste Petro à
Soto. Azorio tom: 1. instit: moral: lib: 7. cap. 14. q. 3. Jodoco Lorichio in
Thesauro Theologico, voce Jejunium Num: 3. 3. Id quod tamen absurdif-
simum*

simum & Scripturæ Contradictorium, quippe quum Christi Sangvinem solum esse propitiationem pro peccatis nostris) Joh: 2. v. 2. & solum Sangvinem Jesu Christi emundare nos à peccato) Joh: 1. v. 8. adserit. &c.

VII.

Ad consequendam remissionem peccatorum, omnia quæcunq; recoli possunt peccata, necessario consecratio Sacerdoti consistenda esse idq; secundum Meth: Confess: pag. 216. Quis, quid, ubi, per quos, cur, quomodo, quando, peccasti dices, ut sit confessio vera. Dogma est 1. ἀγραφοῦ, caret enim mandato & promissione Dei, ac destituitur insuper exemplis verè Pœnitentium tam Veteris quàm Novi Testamenti. Confirmat id Bellarminus, qui cum Concilio Tridentino in Veteri Testamento, nullum fuisse pœnitentiæ Sacramentum adserit, lib: de pœn: cap: 19. Conciliū Tridentinū Sess: 14. cap: 1. Quo dato, non solum Confessionem Sacramentalem tanquam pœnitentiæ juxta Papistas essentialē partem in Usu non fuisse; sed nec eandem in Novo Testamento sub fœdere gratiæ & libertatis à Christo institutam esse, in quo potius hujusmodi onera imponenda prohibetur Actor: 15. liquido demonstratur. Inde est quod Glossator dist: 5. de pœnitent: initio capit. in pœnit: ait: Confessionem auricularem (intellige Papisticam) Traditionis potius Ecclesiæ, quàm Novi vel Veteris Testamenti auctoritatis esse fateatur. Panorminus & Felinus in cap: Omnis utriusq; sexus, statuunt: Non per Dei sed hominum Traditionem confessionem auricularem traditam esse. Nicolam de Orbelis 4. sentent: dist: 7. fatetur, Ex Scripturis eam probari nullo modo posse. Quamobrem etiam non esse ad salutem Necessariam ait Biel: 4. sent: dist: 17. q. 1. Sic Erasmus quoq; in Epistola de Concord: Eccles: Nondum persuasum esse aui, horum temporum Sacramentalem confessionem fuisse à Christo vel Apostolis institutam. 11. ἀντιγραφῶν. Matth: 9. v. 2. Paralitico annunciatum à Christo peccatorum remissio, nulla precedente speciali enumeratione peccatorum, fatente ipso Bellarmino. Eodem modo mulieri peccatrici Luc: 7. v. 48. Filius Aſotus generali confessione peccati & emendationis promissione edita ex gratia recipitur Luc: 15. v. 8. Confer. Luc: 19. v. 8. Ubi Zachæo generalem confessionem edenti, salus totiq; ejus Domui per Christum annunciatum. Hinc David cum septies in die cadat justus Prov: 24. v. 16. generaliter confitetur; Jehova inquit Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine Psal. 19. v. 13. Et Christus generalem Confessionem præscribit omnibus Mat: 6. v. 12. hunc in modum: Dimitte nobis debita nostra. 111. ἀλογοῦ, Ex eo enim sequitur 1. In Veteri Testamento Nullis remissa fuisse peccata, atq; sic omnes damnatos. 2. Homines in Veteri Testamento si salvati sunt, absq; remissione peccatorum salvatos esse. 3. Verbum Evangelij in V. T. planè ignotum fuisse. 4. Sacrificia Veteris Testamenti, fuisse mutas Ceremonias. In Novo verò Testamento, Pœnitentiam fidelium esse nullam, cum non aliam requirat Apostolus quàm qualis olim fuit in Vete-

Veteri Testamento juxta Actor. 26. v. 22. Cap: 10. v. 43. Jam autem in Veteri Testamento ex mente *Bellarmini* fuit nulla. Ergo: 2. Serio pœnitentes per impossibilia ad salutem pervenire. 3. Legem & Evangelium idem esse. 4. Meritum Christi, aliaq; media ad salutem præscripta à Christo imperfecta insufficientiaq; esse. 5. Salutem mereri ex opere operato. 6. fideles nunquam de salute sua certiores esse posse, ut pote, qui nunquã sunt certi, an omnia & singula secundum accuratã confitendi rationem, peccata à se commissa, confessi sint. Unde nec certi esse possunt de eorum remissione. Cum non confessum non remissum, juxta Pontificos. Hæc au: omnia sunt absurdissima.

VIII.

Bona opera juxta Christi meritum necessaria esse ad salutem promerendam vel acquirendam est ἡ ἀρεσκία. Eò quod ex Scriptura Sacra id, vel quo ad literã vel per bonam Consequentiam probari non possit. Consentit *Thomas Valdensis*, qui referente *Vega* Opusc: de meritis q. 4. pag. 78. sic scribit: Ille est Senior Theologus, fidelis Catholicus, & sacris scripturis magis Consentiens, qui merita simpliciter abnegat, & cum modificatione Apostoli & Scripturarum agnoscit, quod simpliciter nemo meretur regnum Cœlorum, sed ex gratia & voluntate largitoris. Hinc Cautela quoq; ponitur à *Ferò* qui in Matt: 1. 3. c. 20. v. 28. scribit: Si Dei gratiam & favorem conservare cupis, nullam meritorum fac mentionem. Et super verba *Ioh: Bapt:* cuius non sum dignus ut solvam corrigiam calcamentorum &c. inquit: Omnem gloriam operum nostrorum hoc verbo damnast. Si enim *Iohannes* se indignum fateatur, quid tu gloriaris de meritis tuis? merita igitur gratia, mera misericordia est, accepisse ut servias. Adde *Casparum Contrarium Patritium Venetum Cardinalem* ad Comitiam Ratisbonensiam Anno 1641. missum. *Maximilianum Imperatorem* in Anno 1576. 12. Octob. agonisantem. Item *Carolus V. Imperatorem laudatissimum*, qui se indignos bonis operibus, scilicet proprijs meritis regnum Cœlorum obtinere judicavit. &c. ἡ ἀρεσκία. *David* Psal: 103. v. 4. sic alloquitur animam suam: Redimit Dominus de fovea Vitam tuam, coronat te misericordia & miserationibus. *Esa:* 55. v. 1. ait Deus, Omnes scientes venite ad aquas, & quibus non est argentum, venite, emite, absq; argento & absq; precio Vinum & lac. *Luc:* 17. v. 17. Cũ omnia feceritis drcite servi inutiles sumus. *Rom:* 7. v. 24. Justificamur gratis, per gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in Christo Jesu, per fidem in sanguine ipsius Cap: 5. v. 1. Justificati ex fide pacem habemus ad Deum, per Dominum nostrum Jesum Christum. *Rom:* 6. v. 23. Donum Dei gratuitum est vita æterna in Christo Jesu Domino nostro. *Rom:* 8. v. 18. Non sunt condignæ passionis hujus temporis ad futuram gloriam. *Rom:* 11. v. 6. Si ex gratia salus, jam non ex operibus. Alioquin gratia jam non est gratia. Si autem ex operibus, jam non est gratia, quandoquidem opus jam non est opus. Huc refer. *Ephe:* 2. v. 8. *Phil:* 3. v. 8. 9. *Tit:* 3. v. 5. *Rom:* 3. v. 27. *Gala:* 2. &c. Quibus omnibus locis Scripturæ dogma de operibus meritorijs è diametro est

C

opposi-

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum.
(308.10.2.)

oppositum. ἡ ἀλογία. Ex eo enim sequitur Non excludi per fidem gloria-
tionem quæ ex operibus nascitur. Ex gratiâ Dei neminem salvari, Meri-
tum Christi, aut nullius, aut per exigui esse valoris, ut pote, quòd aq; operibus
& meritis nostris non Conducatur ad salutem &c. Quæ omnia absurdissima.

IX.

Papam Romanum non esse Antichristum est ἡ ἀλογία. *Jesuitarum in Colo-*
quio Durlacensi Anno 615. habendo, regula est. Lutheranos ad literam ac
interminis terminantibus ostendere debere, Purgatorium non esse, si Purgatori-
um negare volunt. Eodem jure dicimus nos, sequuti regulam Pontificiorum:
Pontificios ad literam ac in terminis terminantibus ostendere debere ex Scriptura
Sacra, Papam Romanum non esse Antichristum, si eundem Antichristum ne-
gare volunt. Id a. quia hucusq; factum non est, ex scripturis dogma id proba-
ri non posse, vel ipsorum armis proprijs evictum est. Cum dogmatica, (juxta
judicium ejusdem Colloquij) non tantum affirmativè, Hoc scriptum est, ergo
credendum est; sed etiam negativè, Hoc non est scriptum, ergo non est cre-
dendum, demonstrari ex Scriptura debeant. II. Est ἀντίγραφον, i. Ipse Bellar-
locum Dan: 8. & II. literaliter loqui agit de Antiocho Epiphanie, Typicè verò
de Antichristo. Hunc autem Pontificem Romanum esse Joachimus Abbas
in explicatione Cap. 9. Apocal: Et Eberhardus Episcopus Salisburgensis, apud
Aventinum historicum, jam illa etiam ætate, contentur. Adde his Poetam
Mantuanum, Franciscum Petrarcham, Algerium, Bocatium & alios, qui hoc
insigni Titulo Antichristi Papam Romanum Coronare nunquam non sunt ve-
riti. 2. Contrariatur 2. Thes: 2. Ubi omnia & singula requisita Competere
Papæ manifestissimè demonstratur. Confer Dan: II. Apocal: 17. Quæ omnia
Pontificem Romanum non solum in genere; sed in specie quoq; , Antichri-
stum esse ostendunt. III. ἀλογία. I. Christum & Apostolos mentitos esse, qui in
novissimis temporibus Antichristum regnaturum prædixerunt. Maximè verò
Paulum, qui jam suo tempore initia mysterij iniquitatis jacta fuisse 2 Thes: 2. v.
7. asserit. 2. Antichristum cum Judæis non aliter quàm illi Messiam expectare
nos debere. 3. Certos nos posse fieri de hora extremi Judicij, contra Mar: 13.
v. 12. Quæ omnia absurdissima.

X.

Veram Fidem ac doctrinam, ministerium item Ecclesiasticum, per signa &
miracula hodieq; debere confirmari est ἡ ἀλογία. Nullæ enim datæ sunt nobis
vel prædictiones, vel promissiones, postremis his nostris seculis, confirma-
tam debere fieri fidem ac Ecclesiam veram per miracula; quin potius cautio da-
ta est nobis, ut hac ratione caveamus nobis à Pseudoprophetis & PseudoChri-
stis, qui multa & magna ædituri sint signa ac prodigia ante novissimum diem,
ut si fieri posset etiam electi seducerentur. Matth: 24. v. 24. Sic de Filio per
ditio-

Regi nyomtatványok Bratislava-lyceum:
(308.14.7.)

ditionis script
virtute & sign
ra enim expre
Deut: 13. v. 1.
Christus Joh:
postolus; N
Probam a. illa
teatur Iesum C
nam Pseudop
7. v. 22. 2.
& Doctrinam
sicuti id de Pr
10. v. 40. Qu

Ergo C
ri

Ad hanc po
minos C
limo

Ne verò lia
man
feden
dent
ensis
deri
actu

ditionis scriptum est, adventū ejus fore secundū operati-
 virtute & signis & prodigijs mendacibus. 2. Thes: 2. v. 9.
 ra enim expressè portentosos hujusmodi Prophetas, ne au-
 Devt: 13. v. 1. seqq. Hinc ad legem & Testimonium nos ab
 Christus Joh: 5. jubet Scripturas scrutari, non miracula; & 1. J
 postolus; Non omni spiritui esse credendum; sed probanc
 Probam a. illam collocat non in miraculis; sed in confelsior
 teatur *Iesum Christum venisse*, quòd ex Deo sit. 111. λόγος
 nam Pseudoprophetarum veram, utpotè qui multa patrarun
 7. v. 22. 2. *Jeremiae, Ioelis, Amosi, Ezechielis & Iohanni*
 & Doctrinam non esse veram, ut potè, qui nullo miraculorum
 sicuti id de Prophetis testantur etiam ipsi Pontificij, de Johanne
 io. v. 40. Quæ omnia sunt absurdissima.

IM,

*Ergo Conclusio quoq; erit vera: Decem scilicet dogmata Lucife-
 ri Belaviani non esse veros fidei Articulos, & Consequenter
 Ecclesie vere hodie non esse necessarios. Id quod erat
 demonstrandum.*

Ad hanc porro Apodixin examinandam, dijudicandam, Illustrissimos Do-
 minos Comites, Magnificos, Reverendos, Nobilissimos, Consultis-
 simosq; viros, Dños Ephoros, Patronos, Favitores suos, ea qua
 par est animi devotione humaniter invitat,

A U T O R
 &
Respondens.

Ad diem Januarij

Anno M. DC. XLIV.

N O T A.

Ne verò Iliada post Homerū scribere videamur, ab Examine locorum ad confir-
 mandos Articulos hos decem a Belavio adductorum, data opera super-
 sedemus. Satis siquidem superq; protriti in Examine Concilij Tri-
 dentini olim à B. Chemnitio; recenter verò in Pseudo-Spiritus Posoni-
 ensis parte secunda, ab Excelentissimo Dn. Superintendente nostro, vi-
 deri possunt. Nos hic Deo pro auxilio gratias agentes, Ultimum huic
 actui hanc vice imponimus, plaudite.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lycœum:
 (303.10.2.)

er fidem gloria
 lvari, Meri-
 d asq; operibus
 absurdissima.
 itarum in Colo-
 ad literam ac
 si Purgatori-
 ontificiorum:
 e ex Scriptura
 ut christum ne-
 gma id proba-
 matica, (juxta
 ptum est, ergo
 go non est cre-
 i. Ipse Bellar:
 Typicè verò
 binus Abbas
 urgensts, apud
 e his Poetam
 alios, qui hoc
 n non sunt ve-
 a Competere
 Quæ omnia
 s, Antichri-
 tos esse, qui in
 Maximè verò
 e 2 Thes: 2. v.
 am expectare
 tra Mar: 13.
 per signa &
 atz sunt no-
 s, confirma-
 us cautio da-
 PseudoChri-
 imum diem,
 de Filio per
 ditio-